UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.X. Marggraff Christians zu Brandenburg darauff ertheilte Antwort.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1643. Aprilis.

1643. Aprilis.

& diem ſciat, & ſuos interim ad eum Tractatum paret, &, ut idem quoque alii, quorum intereſt, Proteſtantes faciant Ordines, benevole monere velit. S. R. Mas. Sveciæ, ſicut hactenus pro communi bono ſtrenue fortiterque pugnavit, ita impoſterum tractando operam dabit, ut, quantum in ſe fuerit, honeſtâ ſecuraque pace univerſi potiamur. Deus, auctor pacis, cœpta ſecundet, ut ex voto cuncta proſpere cedant. Cujus divinæ protectioni Celſit. Vram. devote commendamus. Hamburg. d. 20. Aprilis Anno 1643.

Celſit. Vræ.

Obſequentiſſimus
Servitor
J. A. SALVIUS.

Dieſem Schreiben, war folgendes Geheimes Poſt-Scriptum von deß Salvii eigener Hand beygefügt:

Salvii geheimes Poſt-Scriptum die Unterdrückung derer Reichs-Stände betreffend.

Ich habe ungern vernommen, daß denen ſämbtlichen Ständen des Reichs, das Jus Pacis & Armorum will abgeſtricket werden, und daß man nicht geſtatten will, daß der Fürſtenſtand und niedrigere Stände, eben ſowohl, als die Chur-Fürſten, unſere Friedens-Tractaten beſchicken mögen. Man hat in dreißig Jahren ſchier keinen Reichs-Tag gehalten, und gleichwohl hat interim der Käyſer allein, alle Jura Majeſtatis de facto uſurpiret: Solches iſt der rechte Weg zum abſoluten Dominat, und der Stände Servitut. Die Cronen werden ſolches pro poſſe hindern: Ihre Securität beſtehet in der Deutſchen Stände Libertät. Derowegen werden Sie nicht weniger alle Stände, als den Käyſer und die Chur-Fürſten, bey den Tractaten wiſſen wollen. Eure Fürſtliche Gnaden thun wohl, daß Sie den Franckfurther Convent dazu animiren. Es ſind ſo wohl die Catholiſche als Proteſtirende daran hoch intereſſiret.

Sie haben ſich der Cronen mächticher Cooperation zu verſichern. Es will heiſſen; aut nunc, aut nunquam. Hätte Ferdinandus Secundus die Stände, initio hujus belli, gefraget, ob Er dem König in Schweden ſeine Armeen übern Halß nach Preuſſen ſchicken ſolte; Sie hättens ſchwerlich zugerathen. Weil ers aber allein, contra jura Ordinum gethan, hinc præſens fundi Germanici calamitas. Damit nun ſolches ins künfftig verbleiben möge, ſo wird nothwendig erfordert werden, daß denen Ständen ihre jura und libertates reſtituiret werden mögen. Eure Fürſtliche Gnaden geruhen mir gnädigſt meine Kühnheit zu verzeihen. Ihre Hoch- und weitberühmte Fürſtliche prudenz und auctorität, auch Liebe und Eyffer zu Erhaltung des Vaterlandes Freyheit, animiren mich, ſolches zu erinnern, weil ich weiß, daß es der Cronen gäntzlicher Wille und Meynung ſey. Innerhalb wenig Tagen, und ſo bald die Däniſche Mediatores anziehen, reiſe ich auch nach Oßnabrück, da wird ſichs klährlicher ausweiſen. Bleibe unter deſſen und allezeit. Datum Hamburg den 20. April. 1643.

Unterthänigſt-gehorſambſter
Knecht
Idem qui in literis.

§. X.

Worauf Marck-Graff Chriſtian dieſe Antwort ertheilte:

Marck-Grafſens Chriſtiani zu Brandenburg darauf ertheilte Antwort.

Salutem & Benevolentiam;

Vir Nobilis, nobis perquam dilecte:

Literas ipſius, quibus certiores facti ſumus, per ſeptem annos ad Tractatus Pacis Univerſalis, deſideratos neceſſarios Salvos Conductus per DEI gratiam, interventu operaque Sermi Regis Daniæ, tandem obtentos, & inchoandis iisdem, Kalendas Julii St. vet. Oſnabrugæ & Monaſterii indictas eſſe,

1643. Aprilis. eſſe, ad Nos Hamburgo, d. XX. Aprilis, in eum finem datas, ut ſi placuerit Noſtræ Domus ſtatusque deſideria votaque ſpei publicæ Pacis inſerere, & Ipſi ſciamus, & alios ex ordine Proteſtantium, quorum intersit, monere velimus, die XXII. ſubſecuti Menſis Maji, recte accepimus & pro ſtudio hoc, Dno. Legato gratias, quas debemus, agimus. Familiam Noſtram quod attinet, cum ejusdem Caput ſit Celſiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps, Dominus Fridericus Wilhelmus, Marchio Brandenb. Pruſſiæ & Dux & Elector, Agnatus Noſter honoratiſſimus, non intermittemus, quin conſilia cum Dil. ipſius conferamus, idque ſuo loco & tempore agemus, quod é re noſtra communi erit. Status vero & Principatus noſtri conditio ea eſt, ut, ſi nobis ſubditisque noſtris, Conſtitutionibus Imperii Legibusque de Religione ac Libertate, & utriusque conſervatione ſancitis, ut & rebus juribusque noſtris quietè frui liceat, peculiare nihil habeamus, quod ad arbitrium Confœderatorum deferre neceſſe ſit. Proinde hæc ſemper fuit, & eſt etiam nunc voti noſtri ſumma, ut omnia ea, quæ hactenus & incentivum & fomentum hujus funeſtiſſimi belli fuerunt, e medio ita radicitus tollantur, ne ulla pars ſuperſit, ex qua repullulatio aliquando extimeſcenda. Cumque res noſtræ tales, ut diximus, ſint, neque, quod Nos attinet, cum quoquam Nobis hoſtilitates intercedant; ad hæc, cum Nobis ab iis, quæ armorum vis poſtulat, immunibus undiquaque non licuerit eſſe, ſperavimus, ita Nobiſcum actum iri, ut, ſi non vinculum Cognationis arctiſſimæ cum Sereniſſima Regina Sueciæ, attamen ratio habeatur pacifici noſtri, neminemque lædentis animi, quo in aliqua integritatis noſtræ parte conſiſtere nobis liceat, neque ultra vires facultatesque ſubditi noſtri, ad incitas quaſi prius redacti, urgerentur, ſed ab exantlatis innumeris anguſtiis aliquantiſper reſpirare, focos ſuos reſtaurare, & qui pauci ſuperſunt, vitam non pariformiter, ut multò maxima pars crudeliter ferro, morbis, fame, interemta conſumtaque, per omnia extrema ducere finireque neceſſe haberent. Sed eo ipſo tempore, quo, occaſione accepti nuncii, de inſtantibus Pacis Tractatibus gaudere debuimus, accidit, quod ſepoſito omni reſpectu cum Regiæ Coronæ Sveciæ Miniſtris, & cum primis Generali excubiarum Magiſtro, Dno. Joanne Chriſtophoro à Königsmarck, de menſtruis largitionibus aliisque erogationibus conventorum, vel ab ipſo Generali Exercitus Ductore & Campi Marchallo Dno. Leonhardo Dorſtenſonio confirmatorum, omnimodum exitium nobis parari videatur, quod pluribus aliàs demonſtrabimus. Utut ſit, non intermittemus quidquam eorum, quæ ad reducendam Pacem deſideratiſſimam maximeque neceſſariam facere potuerint; Cumque occaſio ita proxime feret, ut Circuli hujus Franconici Status conventuri ſint, exhibebimus Dni. Legati ſupradictas literas, qui procul dubio una nobiſcum, apographum Generalis ſecuritatis Diplomatis exoptabunt & expectabunt; Seſeque in hoc negotio Pacis ita gerent, ut quam anheli & cupidi ejusdem ſint, omnibus inde conſtare poſſit, modo liberi Suffragii poteſtas, de qua in proximis Comitiis Ratisbonenſibus maxime laborarunt, itaque conſultum viſum decretumque eſt, (de quo vero jam vult dubium moveri,) in ipſis Tractatibus concedatur. Nos in Deo confidimus & precamur, ut corda Regum, Principum, omniumque quos concernit, ad ſeriam Pacis & Concordiæ deoſculationem ſtudiumque revocationis & firmamenti ejusdem flectat: Dno. Legato vero, ejusque Dnis. Collegis (quibus ſtudia & benevolentiam deferimus) optamus, ut nomina ſua toti Orbi Chriſtiano ad perpetuam benedictionis memoriam horum Pacificorum Tractatuum felici clauſula commendare velint & poſſint. Scr. Baruthi d. 6. Menſ. Junii Ao. 1643.

Domini Legati,

amicus benevolus
CHRISTIANUS MARCHIO
Brandenb.